

incantatores aut falsas scripturas aut ad arbores vel ad fontes auf alicubi, nisi ad deum et sanctos eius et ad sanctam matrem ecclesiam dei auxilia querere, nisi ad medicos fideles adiutoria pro infirmitatibus variis sine in-
 85 cantatione; et quisquis hoc fecisset, puram inde agant penitentiam et confessionem et de cetero, ne hoc amplius^k faciat, caveat.

Ut²⁶ prava consuetudo auferatur, quod laici faciunt, cum ad convivium veniunt: Clamant ad presbyteros seu clericos 'Iube me hodie carnem manducare et canta mihi unam missam vel psalmos^l tantos^k et nolunt datam
 90 penitentiam observare. Presbyteri illis comodo missam^m non cantent, sed doceant eos sobriae, pięⁿ vivere et pro peccatis suis <mi>nuendis^o iugiter cogitare; et cum ad quemque sacerdo<tem>^p vel clericum^q seu monachum^r venient vel si plures eorum simul fuerint^s, rogent pro se orare psalmos vel missas agere cum humilitate et discant, qualiter optime peniten<tiam>
 95 suam perficere possint^t ad animarum suarum utilitatem – quod si ita egerint, tunc placet deo conventus^u eorum^u. Nusquam enim invenire possumus^v in sanctis canonibus auctoritatem, pro edendis carnibus missas^w vel psalmos facere debere; et ideo non audemus hoc consentire, quod ab imperitis et gulosis hominibus agi coeperat; sed hoc dicimus, ut si presbyter vel
 100 clericus aut alius, qui^x pura dilectione caritatem facere de carne aut vino rogaverit, hoc cum sua pecunia redemat; et si presbyter pro augmento suo missas agere voluerit, pro peccatorum suorum remedia facia^y, non pro alterius gula, ne forte sibi de alterius incontinentia augeat omnino peccatum.

k) zweites am- zu Wortbeginn radiert Hs. l-l) psalmum tantos Hs. (der fehlende Buchstabe durch Beschädigung des Pergamentes verloren). m) missa Hs. n) wegen Beschädigung des Pergamentes fehlt der erste Buchstabe. o) wegen Beschädigung des Pergamentes teilweise verloren und erschlossen: .n.nuendis p) Wortende-tem weitgehend erschlossen (Beschädigung des Pergaments). q) clericus-Kürzel Hs. r) monachus Hs. s) Lesung nicht sicher und teilweise erschlossen (Beschädigung des Pergaments). t) zwei Buchstaben in der Wortmitte radiert: pos<osint. u-u) zum Teil erschlossen: convent<us> e<o>rum (Beschädigung des Pergaments). v) nach possumus zwei Buchstaben radiert Hs. w) verbessert aus misas Hs. x) quis Hs. y) faciet Hs.

²⁶) Vgl. oben S. 382.